Utrecht University Library
Partner in Science
Universiteit Utrecht

# Theses juridicae inaugurales

https://hdl.handle.net/1874/303874

34.

# THESES
# JURIDICAE INAUGURALES,

QUAS,

ANNUENTE SUMMO NUMINE,

EX AUCTORITATE RECTORIS MAGNIFICI

LUDOVICI CHRISTIANI VAN GOUDOEVER,

MED., CHIR. ET ART. OBST. DOCT. ET PROF. ORD.,

NEC NON

AMPLISSIMI SENATUS ACADEMICI CONSENSU

ET

NOBILISSIMAE FACULTATIS JURIDICAE DECRETO,

Pro Gradu Doctoratus

SUMMISQUE IN

JURE ROMANO ET HODIERNO HONORIBUS AC PRIVILEGIIS

IN ACADEMIA RHENO-TRAJECTINA

RITE ET LEGITIME CONSEQUENDIS,

ERUDITORUM EXAMINI SUBMITTIT

GUILIELMUS ADOLPHUS 'T HOOFT,

**Dordracenus.**

A. D. IV M. FEBRUARII, ANNI MDCCCLVIII, HORA III.

TRAJECTI AD RHENUM,
APUD J. G. BROESE.
MDCCCLVIII.

Ex officina Typographia GIEBEN & DUMONT.

# THESES.

## I.

Emphyteusis praescriptione constitui nequit.

## II.

Si scienti uxori res mariti ab extraneo donata sit, et maritus hoc scierit priusquam usucapiatur nec vindicet, interrumpetur possessio, quum sit donatio prohibita.

## III.

Ad servitutem constituendam quasi traditio non requiritur.

## IV.

Stricti juris actio non fit bonae fidei, exceptione doli opposita, uti docet CUJACIUS *Obs.* III. 17.

V.

Usufructuarius non habet jus in fructus, antequam inventarium fecerit, perceptos.

VI.

Interdicto, qui ultro curatorem sibi petiit, facultas matrimonium ineundi lege concessa non videtur.

VII.

Maritus, uxoris suae dementis curator legitimus, a judice cantonnali nominandus non est.

VIII.

Dissoluta bonorum communione, maritus non tenetur gestionis suae rationes reddere.

IX.

Art. 406 C. C. alinea ultima non etiam spectat matrem, quae ex ejusd. Cod. art. 405 al. 2 tutelam amisit.

X.

Si intra sex menses, postquam sententia, qua di-

vortium pronuntiatum est, in rem judicatam transiit, alter conjugum decesserit, sententia adhuc insinuari potest; quo facto, non morte sed divortio matrimonium solutum esse habeatur.

## XI.

Testimonii depositio, de qua Artt. 108 et 213 C. de Meth. Proc. loquuntur, non a jurejurando, sed post praevias quaestiones Art. 107 ejusd. Cod. incipere mihi videtur.

## XII.

Societas mercatoria dissoluta declarari potest non esse solvendo.

## XIII.

Verbis: »alle de schulden” in Art. 21 C. M. non tantum futura, sed etiam jam contracta societatis debita continentur.

## XIV.

Litterarum cambialium, quarum solutionis dies ex Art. 155 C. M. venisse fingitur, proprietas adhuc indossamento transferri potest.

## XV.

Verbum: »aannemingen" in Art. 4 N°. 4 C. M. non continet quorumvis operum redemtiones, sed naves tantum spectat.

## XVI.

Verba Art. 10 C. M.: »ten aanzien van den tijd der handeling en der levering, de hoedanigheid, de hoeveelheid en den prijs der goederen" limitativa sunt, nec igitur conditiones vel aliud quid ex his libris probare quis potest.

## XVII.

Recte LEGRAVEREND: »Il n'y a de soustraction frauduleuse que lorsque le dessein de s'approprier le bien d'autrui a accompagné l'enlèvement de la chose. Si cette intention ne vient qu'après coup, il n'y a plus de vol." (*Traité de la Législ. Crim.* Tom. II. pag. 126).

## XVIII.

Infanticidium, de quo agitur in Art. 13 N°. 4 Legis 29 Jun. 1854, si praemeditatum est, morte puniendum mihi videtur.

## XIX.

Absolute dicere impetum esse dolum aut culpam non probo, quum potius species esse tertia mihi videatur.

## XX.

Contra CHAUVEAU et HÉLIE contendo recte judicasse Curiam Cassationis Gallicam: »que pour qu'un vol soit accompagné de la circonstance aggravante de l'effraction extérieure, il n'est pas besoin que le voleur se soit introduit à l'aide d'effraction dans un lieu fermé." (*Théorie du C. Pén.* T. VII. pag. 159).

## XXI.

Qui ad poenam infamantem condemnatus remissionem poenae obtinuit, inhabilis testis non est.

## XXII.

Judex non tenetur statutum municipale (plaatselijke verordening) applicare, quod legi repugnet.

## XXIII.

Onjuist is, mijns inziens, de bewering van

Mc. CULLOCH: »The truth is, that every burden, laid directly or indirectly on any article for which there is any considerable demand, falls ultimately on its consumers." (*On Taxation*, pag. 17).

## XXIV.

De wetten, die het verteren der pensioenen buiten 's lands verbieden, zijn af te keuren.

## XXV.

DUFRESNE DE SAINT-LÉON dwaalt wanneer hij zegt: »Le numéraire n'est pas une richesse nationale ajoutée à la masse des autres richesses, et toute son utilité consiste, quant à la nation, dans son caractère d'évaluateur commun et de signe représentatif." (*Études du Crédit Public* pag. 202).